Anno 1532. d. 18. Mar. ex. M. S. B. Zall.

# Sigismundo Regis Poloniæ
# Alfonsus Valdesius

61

Serenissime ac Potentissime Rex Domine Clementissime post humillimam commendationem. Absentibus Rdo Domino Dantisco Episcopo Culmensi Serenæ. Mtis Vræ Oratore et Domino Cornelio Duplicio Scheppero cum hic Nuncius Mtis Vræ adfuisset tanquam ejus devotissimum et fidelissimum servitorem oravit dicere quod Negocia, se maximi momenti afferre quæ ut exemplo et Cesarem differrentur, plurimum expediret atque ego facile suspicare, quæ nam essent hæc negocia pro mea erga Mtem Vram observantia, et affectu et ne Mor absentia Publicis rebus obessent ausus sum fasciculum literarum solvere et quæ ad Cesaream Mtem date erant, de Negocio Ungarico ei statim Mtis Vræ Nomine præsentavi, eas autem quæ de revocatione Domini Dantisci agebant, penes me retinui, quas una cum literis Mtis Vræ ad ejus Oratorem ita ut ad me perlate sunt, obsignatis in Mtis adventum servam et cum viderem Dominum Dantiscum, qui Antuerpiam ut inde sarcinulas quasdam per Oceanum, in Patriam mitteret, iverat, ut tanto expeditior huc advolare posset, nondum venisse existimaremque expedire ut Mtas Vra, de Cesaris Animo in hoc negocio certior fierit

Statui hunc tabellarium, qui diligentissime rem solicitavit ad Mtem Vram una cum literis Cesaris mittere, quam humiliter rogo utq in his per me acta sunt, bono animo accipiat, et tanquam ab eo facta, qui Mti Vre ex animo semper servire optavit et optat.

1

Cesarea Mtas die penultimo Februarii hanc Civitatē ingressus est, sed cum Principes et alii Romani Imperii Ordines qui ad hunc Conventum venturi sunt cius crederunt, Cesareo ventus nullum hic invenimus nec post adventum Nostr quisquam venit, nisi Dominus Dus Federicus Palatinus et Episcopi aliquod, tres Principes, Electores, Moguntinus, Treverensis et Palatinus, voluerunt anteq huc venirent Luteranorum animos, pertentare, si qua via ad honestam aliquam, concordiam induci possent, hec erit causa qua retardius ad Nos venturi sunt, et cum summa rerum que hic agende sunt, in Luterano negocio, versetur hac mora Publicis rebus potius, prodesse quam obesse poterit, interea Cesar videns inter Sumū Regem Romanorum et Duces Bavarie parum recte convenire et tum propter sanguinis coniunctionem, tum propter Dominiorum vicinitatem, plurimū expedire existimare, ut in concordiam reducerentur, de compo=
nendis

eorum dissidiis egit res que medio Cardinalis Salszpurgiensis eo deducta est ut brevi futuram concordiam speramus

Maritimi apparatus Turcarum maximum terrore Italis et presertim Neapolitanis ac Siculis immiserant nunc autem scribunt huiusmodi apparatus minores longe esse quam ut magnam incursionem timere debeant, utque hac tenus parantur, ad depredationes aliquas more Piratarum potius quam ad Regiam expeditionem tendere videantur, Cesar autem ne imparata Regna sua hostis inveniat, sedulo dat operam ut Maritime ore muniantur. Classemque maximam parare statuit quod si hostes venerint sua tueatur, sin minus ipse in Hispaniam traiciat.

Res Italie sunt in maxima quiete, fedus inter Ducem Mediolani et Capitaneum Mussi, compositum, et deinde abruptum, demum firmatum esse fertur. Aliud nihil est quod in presentia ad Maiestatem Vestram scribam hac autem dixi ut absente ejus Oratore que hic aguntur Maiestas Vestra ex me sciret

Negocium Montisferrati de quo Dominus Dantiscus Bruxellis cum ab eo discederem mecum ego existimabam intinere, una cum multis aliis que

Cesar.

Cesar tum absolvere decreverit, confici posse sed casus equi unde Maiestas sua male habuit, nec adhuc convalere potuit, in causa fuit quominus expediri potuerunt, Spero tamen brevi Maiestatem suam in eo negocio quod fieri velit, deliberaturam. Interea venit Dominus Dantiscus, qui rem suo more diligenter curabit, cui ego omni studio meo, atque opera, in his et aliis rebus Serenissime Reginae nunquam defuturus sum. His me Serenissime Maiestati vere humillime commendo eamque felicissime valere, et regnare cupio ex Ratispona XVII Martii Anno Domini 1532.